

minio adjectum: *Expliciunt Ome-  
lie per quadragesimam per manus  
Michabelis de Ardinga.*

II. fol. 81. p. 2. succedunt Gre-  
gorii M. Homiliae XL. in Partes  
II. tributae, prout extant edit.  
*Maur. T. I. col. 1435.* Quamvis  
Exemplum istud mendis non ca-  
reat, e praevia tamen ad *Secun-  
dinum Epistola* notare duo libet  
*Maurianis*, ut videtur, non ob-  
servata. Legit nempe Nostrum:

*Delicias mundi casto sectabar amore —*

Homiliae praemisso utrique *Parti*  
Elencho rite procedunt.

III. fol. 189. accedit Hexas  
*Homiliarum*. Videlicet in *Dom. I.*  
II. III. X. XIX. et XX. *post Pente-  
costen*, quarum haec initia: *Scriptura  
sacra diuinitus &c. Omnipoten-  
s deus in exordio &c. Sicut uni-  
us peccatoris &c. In huius lectionis  
serie &c. Cum frequenter regnum  
celorum &c. Aliquotiens contingere  
solet &c. Homiletan mihi igno-  
tum Gregorio M. et Beda usum  
esse video. Ita v. g. Hom. III. le-  
gas: Sicut vera iusticia compassio-  
nem habet, sic falsa dedignationem,  
quae sunt Gregorii Hom. XXXIV.  
Item Hom. I. *Byssus* autem genus  
est quoddam lini candidissimi et sua-  
uissimi decoris, et greci papagen  
vocant; ubi Beda Hom. Dom. I.  
*post Trinit.* habet: *Byssum* vero  
genus est quoddam lini nimium can-  
didi et nobilissimi, quod Hebraei  
*παπατην* vocant. Pejus hic Bedae  
Exemplum nostro; Hebraeis e-  
nim *Byssus* ברִיִּשׁ est. Quid vero  
etiam Graecum *παπατην*, aut πα-*

*sed tandem dubietatem postmodum  
certa annunciatione correxi*, ubi il-  
li: *sed eandem dubitationem post-  
modum certa notatione* (in not. e-  
nodatione) *correxi*; dein Nostrum:  
*quae sub ecclesiis dictae*, ubi illi:  
*quae sub oculis dictae*. Epistolae huic  
Librarius noster continenter ad-  
junxit mutilum aliquod Epitaphi-  
um, utique non Sancti Praesulis,  
cujus postremus versus fit:

*παρη?* Nisi recurras ad corruptio-  
nem vocis *παππος*, quae florum  
lanuginem notat, aut ad *Glossas  
Fatricas mss.* apud Ducangium,  
quibus *παταγος* lepus est, unde  
*παταγην* mollissimam Pilorum le-  
porinorum lanuginem divines.

#### CCCCLI.

Codex chartaceus lat. germ. U. 283  
in confinio Sec. XIV. et XV. Fo-  
lior. 114. f. scriptus per duas co-  
lumnas non una manu, et rubricis  
distinctus, quondamque *Job. Fabri*  
Antistitis nostri Varia complectitur  
hoc ordine compilata: I. Trigam  
illam *Epistolarum Eusebii ad Da-  
masum, Augustini ad Cyrillum*, et  
*Cyrilli ad Augustinum*, Viris his  
subpositam, sub Typographiae  
primordia saepius excusam, a me  
jam saepius memoratam puta *Vol.*  
*I. col. 823. 1552. 2682.* et *Opp.*  
*Hier.* edit. *Vallars.* T. XI. col.  
288. prostantem.

II. fol. 25. p. 2. Elenchus Me-  
dicaminum sequitur lingua germa-  
nica

nica hoc initio: *Diz recept wart gesent dem pabst. Wil der gnesen der dy Druese (ulcus, apostema) bat er sol nemen Drioco (Theriacam) 1. S. vnd senffsomen vnd holder pleter leg es vf dy peulen, vnd mag er dy dinge nicht gehalten zo sol er nemen rawten vnd essich gestosen das gelegt vf di schoden zo wirt ym pesser.* Ita contra Pestem varia, contra tussim, furditatem &c. Enumerantur etiam lingua latina, quae profunt et officiant Corpori per partes v. g. Cerebro, oculis, auribus &c. Denique docetur confectio *Incausti* seu Atramenti.

III. fol. 31. Fragmentum *Enchiridii S. Augustini* ab his C. 103. verbis: *Quid est enim eorum unde non deus per unigenitum suum &c.* usque ad finem, ubi habes: *Explicit liber Enchiridion Sancti Augustini Episcopi Scribens Laurentio cupiens illum esse sapientem secundum sacras scripturas Domini Johannis predicatoris Theutunicalis in Luthomicz.* Additur *punthsuch*, id est *Bundschub*, triviali proverbio germanico pro et cetera et similibus abrumpendi formulae, cujus originem etiam dum quaero; neque enim satis apte cum Rusticorum factionibus Sec. XV. exortis, et *Bundschub* dictis cohaerere videtur.

IV. fol. 33. absque titulo incipit *Hugonis de S. Victore Opus de Claustro Animae* a Praefamine, quod in Edit. *Rotomag.* 1648. T. II. p. 60. praeit *Librum II. Locuturus karissime de iis que ad edificationem claustrum pertinent mate-*

*rialis &c.* Mira in toto Exemplo non *Capitulum* solum, sed ipsorum IV. *Librorum* confusio, quae etiam ad fol. 30. ante Fragmentum *Enchiridii* regredi cogit, firmatque suspicionem, non ea cura et pensatione, neque eo exemplarium delectu et inter se contentione factam esse Editionem illam *Rotomag.* quam a *Victorinis* fratribus suis expectare poterat doctus et pius noster *Hugo*. Inter alia fol. 44. p. 2. sub Rubrica: *Incipit tertia pars. quod ypocrita in congregatione fructu societatis priuetur;* habentur VII. *Capita* de *Hypocrisi*, quae in tota illa Editione non reperi. Consulendus itaque foret hic Codex de nova Editione consilium suscepturo.

V. fol. 56. *Regula brevis christianorum in omni statu.* Addit alius: *in concilio celebrato constantie modernis temporibus est hoc editum.* Initium: *Incipit modus viuendi. Et prima Regula ad nobiles potentes et scabios spectat hec.* &c. Cur non addidit ille Autorem *Joh. Gersonium*, cujus *Opp.* edit. *Antverp.* (dic *Amstelod.*) T. II. P. 4. p. 538. succincta haec Compositio prostat.

VI. fol. 57. reditur ad *Medica*, et 1) proponitur Remedium Pestilentiae. 2) enumerantur Virtutes *Aque vite scilicet Vini ardentis* (Branntwein) contra varios morbos. 3) Docetur germanice Confectio alicujus Liquoris, *eines edlen Waffers* e Vino, herbis et aromatibus, ejusque varius usus declaratur.

VII. fol. 59. Ventilatur Quæstio, an liceat vendere et redimere Censûs absque Usuræ nota. Initium: *Abbas sancti Jacobi de consensu conuentus vendidit petro e-menti de omnibus Monasterij sui bonis Jus percipiendi singulis annis censum vnus libre denariorum &c.* Decidunt affirmando subscripti *Dymis Archiep. Fannens.* et *Alvillus Rector ecclesie sancti Pinanti Vticens.* Dioc. Fictitia haberem hæc nomina, ut sunt Casuistarum *Cajus, Titius, Berta,* nisi *Dinus* intra annos 1337 — 42. sedisset *Januæ* Archiepiscopus.

VIII. fol. 66. Varia ad moralem Theologiam pertinentia de *Confessione et Satisfactione, de Absolutione, de Reclusis, de nouis Constitutionibus papalibus* circa an. 1413.

IX. fol. 69. *Isti duo psalmi sunt de passione domini specialiter et ideo hic notati sunt cum ipsorum glosa lire.* Sunt vero XXI. et I-

*Enormes. Anathema. Cremans. Mutatio voti.*

*Vsus. Solempnis. tibi dentur episcopo sex bec.*

quibus deinde semper profa succedit explicatio

XII. fol. 91. Brevis Expositio Decalogi, qua enumerantur, qui contra singula Præcepta offendunt. *Primum præceptum est. Non adorabis deos alienos. propter quod tria hominum genera dampnantur &c.*

XIII. fol. 92. p. 2. Incipit epigramma in granum synapis. Canticum vetus germanicum mysticum de Divinitate est Granum istud

XVIII. germanice redditi cum Expositione *Nic. de Lira* in hunc modum: *Deus meus respice in me. quare me dereliquisti &c.* *Got meyn got sich mich an. warumb hast du mich verlassen. in der Juden bende nach iren willen. Verre von mynen beyle. Daz ist. das in got der vater nicht erledigt von dem leyphlichen tode. &c.* In hunc modum et alter: *Saluum me fac deus &c.*

X. fol. 75. p. 2. Sequitur vnus tractatus de locutione super hoc versu: *quis quid cui &c.* *Albertani Cauffidici Brixiani* est jam hoc et superiore Vol. memoratus, incipiens: *Quoniam in dicendo multi errant &c.*

XI. fol. 79. ἀπειρηγῶς Tractatus de Casibus reservatis multis scatens versibus technicis, cujus initium: *Nota sex tantum casus quos debet sacerdos mittere ad episcopum qui tamen multos alios continent. Versus.*

*Sinapi,* in quod per *peryodos* five Strophas commentatur latine Anonymus, de quo in calce: *Hec ille edidit, qui contemplatiue vite fuit.* Non deest Viro multiplex PP. usus; præcipue vero *Pseudodionysium* sectatur. Epigramma suum, quod aliis Prologus est, ita orditur: *Abyssus abyssum inuocat in voce katharactarum tuarum. Versiculus ille in duas partes diuiditur. In prima enim parte dicit, quod profunditas diuini sermonis*

*profunditatem exquirat expositionis &c. Succedit Argumentum, five comparatio virtutum Sinapi cum hoc Libello, et Oratio praeuia ad Deum, demum ad Cantici*

*In dem begin hoch uber sin  
Was ye das wort, o reicher hort,  
Do ye begin begin gewar.  
O vater brust, awß der mit lwst  
Das wort ye flos, doch hat dy  
schos  
Das wort behalden, das ist war.*

✠  
*Von czwayn ein flut der mynnen  
glut  
Der czwayer pant der czway be-  
kant  
Flewßet der vil suezze geyst.  
Vil ewincleych vnschaidenleych.  
Dy drey synt eyn. Wayßt du  
was? neyn.  
Es ways sich selber allermeyßt.*

✠  
*Der dreyer strick hat tyfen schrick.  
Denselben rayß ny syn begreyß.  
Es ist ein tyfe sunder grunt.  
Schach vnd math czeyt formen stat  
Der wunder rinck ist on gesprinck  
Gar unbewegik ist sein punckt.*

✠  
*Des punctes perck steygt one  
werck  
Verstentleicheit. Der weg der  
treyt  
In eine wuste wunderleich,  
Dy brait dy weyt vngmessen layt  
Dy wuste hat noch czeyt noch stat,  
Ire weyz dy ist sunderleich.*

Quaedam hic mendose scripta facile adparet. Praecipuam difficul-

expositionem gradus fit. Constat illud VIII. *Periodis* five *Strophis*, quas *Commentario* innantes utcunque hic expiscabor:

✠  
*Daz wuste gut ny fuz dorwut.  
Geschaffen syn kom ny do hyn.  
Es ist und ways doch nymant was.  
Es by, es do, es verre, es nach,  
Es tyeff, es hoch, es ist also,  
Daz es ist weder dicz noch das.*

✠  
*Es licht, es clar, es vinsten iar,  
Es vngenant, es vnbekant,  
Begindes vnd auch endes frey.  
Es stille stat, bloz ane wat.  
Wer waiz sein haws, der gee be-  
raws  
Vnd sag vns, welch sein forme  
sey.*

✠  
*Wird als eyn kint, wird tawp  
wird blynt,  
Dein selbes icht mus werden nicht.  
All icht, all nicht treyb obir hor.  
La stat, la czyt, auch pilde mit,  
Ge ane weg den smalen steg,  
So kumps du an der wuste spor.*

✠  
*O sele mein ge awß got eyn.  
Sinck all mein icht in gotes nicht  
O sinck in dy gruntlose flut.  
Flewch ich von dir, du kumps zu  
mir,  
Vorlewz ich mich, so vind ich  
dich,  
O iberwesenleiches gut.*

tatem habere videtur *Stropha V.*  
*Ny fuz dorwut*, quod fortasse in-  
ter-

terpreteris: *Nunquam pes pervadavit, a durchwaten*; et *Str. VII. Treyb ober hor*, quasi *dimove de via*, simile antiquato *ober hor gehen*, id est, evadere, ab aliqua re declinare. Mirum etiam *Str. III.* ubi ait: *Tempus, Figuram et Locum in Deo esse Schach vnd Math*, quo loco Commentator longam narrat fabulam de Imperatore in regione *Bagada* (Bagdad?) nomine *Ymorlin* (Timurlan?) ad quem de morte Filii *Scaci* consolandum *Sochon Rex Babylonie* majoris Ludum latrunculorum excogitavit, concluditque: *Sicud scacus dictus est mattus id est mortuus* (אמתה מות Mors) sic *tempus, forma, et locus ceteraque predicamenta de deo dicta penitus moriantur.*

Extrema Codicis occupant *Afretica* quaedam connotata levis momenti.

## CCCCLII.

U. 105 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 81. 4. min. fat nitide exaratus, minio pernotatus, olim-

que, ut triplici testimonio cautum est, ab *Job. Fabro* Ep. Vien. suo ad *D. Nicolaum* legatus Collegio continet spurium illud *Epistolare*, cujus prima Pars inscribitur: *Epistola beati Eusebij Cremonensis ad Damasum portuensem episcopum. et ad Theodonium Senatorem Romanum de obitu gloriosissimi confessoris beati Hieronimi doctoris eximij. et incipit: Multipharie multisque modis olim deus locutus est &c. Altera fol. 42. p. 2. Epistola sancti Augustini Episcopi eximij doctoris ad Cyrillum Jerosolimitarum Episcopum de laudibus beati Hieronimi doctoris eximij. et incipit: Gloriosissimi christiane fidei athletę. sanctę matris ecclesie lapidis angularis &c. Tertia fol. 49. p. 2. Epistola beati Cirilli patriarche Jerosolimitani ad beatum Augustinum Episcopum de miraculis beati Jeronimi doctoris eximij. et incipit: Illius. s. Jeronymi gloriosi cuius memoria erit in benedictione &c. Omisi praevias Formulas salutationum; adscribam tamen Τεσιςον ultimae praeifixum, quod alibi non reperi:*

*Augustine pater genuit te bis tua mater  
Carne prius mundo. lacrimis christoque secundo.  
Cum prece sic ideo nos generetque deo.*

Pia haec Commenta dudum rejecere post *Erasmum* Critici. *Oudinus* T. II. col. 388. ea *Damaso* Ep. *Portuensi*, qui deinceps *Formosus* Papa Sec. IX. fuit, adscriptum ibat. Mihi multo recentior, at eo magis diditus partus videntur.

Nam mox sub *Typographiae* primordia pluries s. l. et a. edita sunt, et Editio *Patauie* (Passavii) per *Conr. Stabel* et *Benedicti* (Benedictum Mair) char. goth. 1482. 4. mihi adjacet Codici nostro plane conformis. Apud *Vallarsum* inve-